

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum possit sciri ab homine quando motus cœli finiatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. DE CONS. RER. IN ESSE A DEO, ARTIC. VI.

52

Quod autem Philosophus dicit, quod acquirit per se etiam bonitatem per motum, loquitur secundum pri-
mam dictarum opinionum de fine motus celi, qui
competit ad sempiternitatem motus.

Ab xx. dicendum, quod perfectio spiritualis nature
est ut possit esse causa aliorum sine suo motu, quod
celum non quia acquirit. Nec tamen pro hoc deteriorabatur,

qui finis suus non sit in causando alia, ut dictum est.
Ad xxii. dicendum, quod motus celi non quiescat
propter aliquid contrarium: sed propter voluntatem
momentis tantum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum possit sciri ab homine quando motus celi finiatur.

Sexto. Quæritur utrum possit sciri ab homine,
quando motus celi finiatur. Et uidetur quod sic,
quia secundum Aug. in fine de ciui. Dei, sexta etas
currit ab adventu Christi usque ad finem mundi:
sed scitur quantum praecedentes etates durauerunt.
ergo sciri potest quantum ista etas durare debet p
comparationem ad alias: & ita potest sciri quan-
do motus celi finietur.

Tercio. Finis unicusque rei responder suo prin-
cipio: sed principium mundi secum est per reue-
lationem, ex qua Moyses dixit, in principio creauit
Deus celum, & terram. ergo & finis mundi sciri
potest per revelationem in scripturis traditam.

Tertio. Præter. Causa in certitudinem mundi ponitur esse,
ut homo semper sit in sollicitudine de suo statu: sed
ad hanc sollicitudinem habendam sufficit mortis
incertitudo. ergo non fuit necessarium, incerum
esse defactum mundi: nisi forte propter illos. quo-
rum temporibus finis mundi erit.

Tertio. Præter. Dicitur aliquibus propria mors esse reue-
lata, sicut patet de Beato Martino. Dicit autem Augu-
stus in epistola ad Orosium, quod talis vniuersusque in iu-
dicio comparebit, qualis fuit in morte. Et sic eadem
est occultatio morte, & occultandi diem iudicii.
ergo & dies iudicij qui ad oes pertinet, debuit in
scriptura saera, que omnes instruit, reuelatus fuisse.

Tertio. Præter. Signi ordinatur ad aliquid cognoscendum.
In Euangelij autem ponuntur aliqua signa aduentus
Domini qui erit in fine mundi, ut patet Mat. 24. &
Luc. 21. & similiter ab Apostolis, ut patet. ad Tim.
4. & secundum ad Ti. 3. & secundum ad The. 2. ergo vñ, quod
possit sciri tempus aduentus Domini, & finis mundi.

Tertio. Præter. Nullus hic reprehendit, vel punitur pro
eo quod non est in sua potestate: sed aliqui repre-
henduntur in scriptura, & puniuntur pro eo, quod tem-
pora non cognoscunt. Vnde Dominus Matth. 16. ad Pha-
riseos, Faciem celi dijudicare nostis, signum autem
istud non potestis scire, & Luce. 19. Non relinquent
in te lapidem super lapidem, eo quod non cognou-
isti tempus uisitationis tuae, & Iere. 8. Milius in ca-
lo cognovit tempus suum: Turtur & hirundo, &
ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem
meus non cognovit iudicium Domini. ergo pos-
sibile est sciri diem iudicij, vel tempus finis mundi.

Tertio. Præter. In secundo aduentu Christus magis mani-
festus venit, quam in primo: tunc enim uidetur eum
omnis populus, & qui cum pupugerunt ut habeat
Apoc. 1. Sed primus aduentus prenuntiatus fuit in
scriptura, futurus etiam quantum ad determinatum
tempus, ut patet Dan. 9. ergo uidetur, quod & secundus
aduentus debuerit in scripturis prænuntiari quantu-
m ad certum tempus.

Tertio. Præter. Hoc dicit minor mundus, quia se maioris mun-
di similitudinem gerit: sed finis uita humanae pot-

A praesciri determinate. ergo, & finis mundi potest
praesciri.

Tertio. Præter. Magnum, & paruum, diuturnum & breve,
relativa dicuntur de uno per coparationem ad aliud:
sed tempus illud quod est ab adventu Christi usque
ad finem mundi, dicitur esse breve, ut patet. i. Cor. 7.
Tempus breve est, & eiusdem decimo. Nos sumus in
quos fines sæculorum deuenerunt: & i. Ioan. Nouis-
fima hora est, ergo hoc dicitur coparationem ad tem-
pus precedens. ergo saltem hoc uero sciri posse, quod multo
breuius est tempus ab adventu Christi usque ad finem
mundi, quam a principio mundi usque ad Christum.

Tertio. Præter. Aug. dicit in lib. de Ciui. Dei, quod ignis ille Lib. 20. c. 10.
qui exiret facie terra in fine mundi, erit ex conflagra-
tione omnium ignium mundanorum: sed po-
test sciri a considerantibus motum celi, usque ad
quantum tempus ipsa corpora caelestia, quæ sunt
nata generare calorem, in istis inferioribus, erunt
in situ efficacissimo ad hoc implendum, ut sic per
concursum actionis caelestium corporum, & infer-
iorum ignium, vniuersalis illa conflagratio fiat. ex
go potest sciri quando erit finis mundi.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 4. De die illa,
& hora nemo scit, neque angeli celorum.

Tertio. Præter. Si aliquid deberet aliquibus hominibus
reuelari, precipue reuelatum fuisset querentibus Apo-
stolis, qui Doctores totius mundi instituebantur.
Eis autem de finali adventu Domini querentibus
responsum est Act. 1. Non est uestrum nosce tempo-
ra vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate,
ergo multo minus est alijs reuelatum.

Tertio. Præter. Credere nerit, & reuelationi acceptæ in
scriptura non prohibemur: sed Apost. 2. ad Thess. 2.
prohibet credere quocumque modo annuntianti
bus, quasi in festo dies Domini. ergo illi, qui nituntur
tempus dicitur Domini denuntiare, sunt tamquam
seductores cauendi. Nam & ibidem subditur, Ne-
mo vos seducat ullo modo.

Tertio. Præter. Aug. dicit in epistola ad Esichium, Quarto
vtrum sic saltem possit definiri tempus aduentus,
ut eum aduenturum esse dicamus intra istos, uerbi
gratia, uel centum annos, uel quodlibet seu maio-
ris numeri, seu minoris annorum, hoc autem om-
nino ignorantes sumus. ergo non potest sciri quo
cumque numero annorum dato vel decem mil-
lium, uel 20, millium, uel duotum vel trium, utru-
intra illud tempus finis mundi futurus sit.

RESPON. dicendum, quod tempus determinatum finis
mundi omnino necatur, nisi a solo Deo, & ab ho-
mine Christo. Cuius ro est, quia duplex est modus
quo possumus prefigere futura, scilicet per cognitione
naturali & per reuelationem. Naturali quidem co-
gnitione aliqua futura prænotimus per causas, quas
præsentes uidemus, ex quibus futuro expectamus
effectus: uel per certitudinem scientiae, si sint cause,
quas de necessitate sequitur effectus: uel per conie-
ctionem, si sint cause, ad quas sequitur effectus ut in plu-
ribus, sicut Astrologus præcit eclipsim futuram, & me-
dicus mortem futuram. hoc autem non potest prefigo-
nisci tempus determinatum finis mundi, quia cælestis motus celi,
cessationis eius non est alia quam diuina uoluntas, ut
prius ostendimus. Alia vero, quoniam cælestis motus celi,
vel quicunque alia cælestis, possunt naturali co-
gnitione prefigosci, sicut particularis destruacio
alium partis terrenae, quæ præfuit habitabilis, & po-
ste fit inhabitabilis. Per reuelationem vero licet sciri
possit, si Deus uellet reuelare, non in congruus esset,
quod reuelaretur nisi hoc Christo. Et hoc pro tres.

Quæst. dis. S. Thomæ. G 4. ra-

QVAEST. V. DE CONSER. RER. IN ESSE A DEO, ART. VI.

rationes. Primo quidem, quia finis mundi non erit nisi completo numero electorum, cuius cōpletio est quasi quædam execratio totius diuinæ prædestinationis; unde non cōpet reuelatio de tota prædestinatione fieri de fine mundi, nisi ei, cui sit reuelatio de tota prædestinatione, adiutorio humani generis quod a domino adimpletur. Vnde dicitur Ioh. 5. Pater diligit filium, & oia demonstrat ei quæ ipse facit. Secundo, quia per hoc, quod ignoratur quando sit status mundi durare deum, utrum ad modicū vel ad magnū tempus, habent res huius mundi quasi statim transiura. Vnde dicitur ad Cor. 7. Qui utuntur hoc mundo, sicut fācū non utantur: preterit in figura huius mundi. Tertio, ut hoīes semper sint parati ad Dei iudicium expēctandum, dum omnino determinati tempus nesciuntur. Vnde dicitur Mat. 24. Vigilate quia nescitis quæ hora Dominus uenitur uenturus sit. Et ideo ut dicit Aug. in epistola ad Efesium, Ille qui dicit se ignorasse quod Dominus sit uenturus, utrum ad breue tempus, vel ad magnum, Euāgelica sententia concordat. Inter duos aut qui scire dicunt, periculosius errat qui dicit in proximo Christum uenturum, vel finem mundi instare: quia haec potest esse occasio, ut omniō desperaretur esse futurum, si tunc non erit quando futurum esse predicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dicit Aug. in lib. 8. 3. quæstionem: ultima ètas mundi comparat ultime ètati hominis, quæ determinato numero annorum non definitur, sicut aliæ ètates definitur: sed quandoque tantum durat quantum omnes aliae, uel etiam amplius: unde & ista ètas ultima mundi, non potest determinato annorum uel generationum numero definita.

AD SECUNDUM dicendum, quod reuelatio principiū mundi utilis erat ad manifestandum Deum esse omnium cauam: sed scire tempus determinatum finis mundi, ad nihil esset utile, sed magis nociuū. Et ideo non est simile.

AD TERTIUM dicendum, quod homo naturaliter non solum de seipso sollicitatur, sed etiam de statu communis, cuius est pars, sicut uel dominus, uel ciuitatis, aut ciuium totius orbis: & ideo utrumque fuit necessarium ad hominem cauetam occulare, & finem propriæ uitæ, & finem totius mundi.

AD QUARTUM dicendum, quod reuelatio finis uite propriæ est quedam particularis reuelatio. Reuelatio vero finis totius mundi, dependet ex reuelatione totius diuinæ prædestinationis: & ideo non est simile.

AD QUINTUM dicendum, quod illa signa posita sunt ad manifestandum, quod quaque mundus finietur: non autem ad manifestandum determinatum tempus quod finietur: ponuntur. inter illa, signa aliqua quæ quasi a mundi exordio fuerunt, sicut quod surget gens contra gentem, & quod terramotus erit per loca. Sed instantे mundi sine hec ab dantibus euenient. Que autem sit ista mensura horum signorum, quæ circa finem mundi erit, manifestum nobis esse non potest.

AD SEXTUM dicendum, quod illa reprehensio Domini pertinet ad eos, qui determinatum tempus primi ad uenit non cognoverunt: non autem ad eos qui ignorant tempus determinatum secundi aduentus.

AD SEPTIMUM dicendum, quod primus aduentus Christi nobis uia ad merendū parabat per fidem, & alias virtutes: & iō ex parte nostra requirebat primi aduentus notitia, ut credendo in eum qui uenerat, per eius gratiam mereri possemus. In secundo autem ad-

uentu præmia rediuntur pro meritis, & sicce pugno nostra non requiretur quid agamus, aut quid cognoscamus, sed quid recipiamus. Vnde non oportet præcognoscere determinate tempus illius aduentus. Dicitur autem ille aduentus manifestus, non quia manifeste præcognoscatur, sed quia manifestum erit cum fuerit p̄fens.

AD OCTAVUM dicendum, quod corporalis hominis uita ex aliis quibus prioribus, & corporalibus causis dependet, ex quibus circa finem eius aliquid pronosticari potest. Non autem ita est de toto mundo, & ideo quantum ad hoc non est simile, licet in aliis hominibus qui dicitur minor mundus, similiter tamen maioris mundi obtineat.

AD NONUM dicendum, quod uerba illa quod uidetur in scripturis ad breuitatem temporis pertinere, uel quod ad finis propinquitatem, non tam sunt ad quantitatē temporis referenda, quam ad status mundi dispositionem. Non enim legi Euāgeliæ alius status ictus est, quod ad perfectum adduxit: sicut ipsa suelle legi ueteri, & lex uetus legi natura.

AD XI. dicendum, quod illa conflagratio ignis mundanorum, non creditur esse futura ex aeterni naturali causa, ut sic per considerationem cælestis motus, eius tempus possit praesciri: sed prouenient ex imperio diuine uoluntatis.

ARTICULUS VII.

Vtrum cessante motu cali, elementa remaneant.

SEPTIMO queritur, Vtrum cessante motu cali, elementa remaneant. Et si, quod non: dicitur enim secundum Petri tertio, quod in fine mundi elementa calore soluentur: quod autem dissoluitur non manebunt. ergo elementa non manebunt. Sed dicebat, quod manebunt secundum substantiam: sed non manebunt secundum qualitates actiue, & passiuas.

¶ 2 Sed contra, manente causa manet effectus, sed principia essentialia sunt causa propriorum accidentium: cum ergo qualitates actiue, & passiuas sint propria elementorum accidentia, vir, & principijs elementorum manebunt, sine quibus substantia esse non potest: certam qualitates actiue manebant.

¶ 3 Praet. Accidens inseparabile, numquam actu subiectu separatur: sed calidum est accidens incombabile ignis. ergo non potest ignis remanere, quod in eo calor remaneat: & eadem ratione de alijs elementis. Sed dicebat, quod dinina uirtute hoc est, quod elementa sine qualitatibus actiue, & passiuas manebunt: licet hoc per naturam esse non possit.

¶ 4 Sed contra, sicut in mundi principio fuit naturæ institutio, ita in mundi fine erit naturæ continuatio: sed in principio mundi, ut Aug. dicit, secundum super Genesim ad literam, non sufficeret dicere quid Deus possit facere, sed quid habeat rerum natura. ergo & hoc etiam in fine mundi attendendum est.

¶ 5 Per qualitates actiue, & passiuas sunt in omnibus elementis, dicit autem glossa Bedæ super autoritate Petri superius inducta, quod ignis ille qui erit in fine mundi, duo elementa ex toto assument, & aut alia in meliorum speciem commutabit: non ergo potest intelligi elementorum solutio quantum ad qualitates actiue, & passiuas: quia sic non tantum duo dicterentur assumenda. Sed dicebat, quod in duobus elementis, scilicet igne, & aqua præcepit gentilis qualitates actiue, scilicet calidum, & frigide, & ideo haec duo per alios assumenda dicuntur.

¶ 6 Sed contra, in fine mundi elementa meliora